

David Richter

**Serenissimi & Præcelsissimi Ducis ... Domini Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis
Meclenburgici ... Natalem Semisecularem A. Æ. C. MDCCXXIX d. XXVI.
Novembris, Ex omnium Bonorum votis atqve desiderio feliciter redeuntem Inqve
Gymnasio Meclenburgico Solennioribus Festisque Orationibus Pie humillimeqve
celebrandum indicebat ... invitabat**

Gustroviæ: Typis Johan. Lembkii, [1728?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862410487>

Druck Freier  Zugang






T. 320.

M. 1261. 6.

25



u
b
o
r
e
u
p
u

1460


Volumen LXXV.


M. David Richters
programmata,


für Mühlhütten². Historie
und Litteratur
althes Beitrags.


M. 1261. C

















Hochwohlgebohrner Herr,
Hochzuverehrender Herr!

Bin ich erfreut, die desiderirte Programmata
des Herrn Magist. Richters, und zwar de
No: 1725 bis 1733, inclusiv: Dieser Mann ist
von Geburt ein Büchler, er und hat sich
kürzlich, ein wohlhabender Kupfer = Zeichner,
der sich 30000 fl , und fast noch mehr erworben,
desen Kinder nachgelassen, viele Jahre bis
ins spätere Alter, als er gelebet, desden
denken zu einem Vöhr, gleichmäßiger Kupfer =
Zeichner, und ein Tochter, die an fünfzig Kaiserl.
Mann, so Warnemünden, verheiratet ist, alle
nachgelassen frey, der gleich auf der ältesten
Tochter, vorgedachter des Mag. Richter, ein Mann
von etzlich 40 Jahren, welcher für etzliche

10 Jafn, Damals, wie Inſen Antecesor in
officio, Bey Mag: Sibelt, wegen Strahlens
pro Pastore vocatus worden, als ein Büßwör-
rige Mads-Kind, inwieweil Inſen, und im
anfang seiner geistlichen Studien, zum Reli-
gion selbst befördert worden, welche
Inſen Programmatis publicis, in Kon-
viniere gemacht gehalten Inaugural
Disputation, ein Exemplar mit sich führen
sollen. Leod publica, wenn man
man, wenn man die Gewissheit zu haben,
daß die fremden Truppen, die 22. d. dieses,
sich auf einen wenig, und auch auf-
marchieren, welche, und man auch vor
man, die Zeit bald lesen wird. Inſen

Verbleibe übrig, nach geforsamter
Eingefassung Minus, mit aller Besorg-
ung beständig,
Ew. Besorgungsgehr.

Prisw. d. 14 Febr.
At. 1734.

Dimfbergelauer
Dimm
C. Rüdmanagel.

Faint, illegible handwritten text at the top of the page.

Faint, illegible handwritten text in the lower left quadrant.

Faint, illegible handwritten text in the lower right quadrant.

SERENISSIMI & PRÆCELSISSIMI
DUCIS,
PRINCIPIS *atque* DOMINI,
DOMINI
CAROLI
LEOPOLDI,
DUCIS REGNANTIS
MECLENBURGICI,

Principis Vetusstæ Gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi,
Comitis *item* Sverinensis, Terrarum Rostochii & Stargardiæ

DOMINI,
Domini Nutritorisque nostri Clementissimi
NATALEM SEMISECULAREM

A. Æ. C. clv ccxxix d. XXVI. Novembris,
Ex omnium Bonorum votis atque desiderio feliciter redeuntem
Inque

GYMNASIO MECLENBURGICO
Solennioribus Festisque Orationibus

Pie humillimeque celebrandum indicebat:

Proceres ergo utriusque Chori & Fori, eorumque Filios,
*Et quotquot præterea Musis nostris faventes, in Principis Salute suam repositam
esse agnoscunt, ut gratiosè confluere velint, suaque nostram
adaugeant & confirmant pietatem*

Submisse, decenter & humanissime invitabat

M. DAVID RICHTER, *Rector*

Contemplatus

ALEXANDRI M. BUCEPHALAM.

GUSTROVIÆ, Typis JOHAN. LEMBKII, SERENISS. PRINC. Typograph. Aulic.



Hidia^s esset opus, Bucephalam, sua molis
 magnitudine & torvo aspectu quoscunque fere terrentem, bre-
 vioribus unius plagulae terminis, adumbratum, capere & rite
 exprimere. Ne de nominis quidem forma, Bucephalusne re-
 ctius an Bucephalas dicatur? inter eruditos convenit. Doctissi-
 mus equidem *CELLARIUS*, (a) *FREINSHEMIUM* [b] forte secutus,
 aperte affirmat, promiscuam esse Graecis autoribus utramque
 formam, ipsumque Arrianum, Aelianum, aliosque, in secunda Latinorum, quam
 vocant, declinatione, inflexisse; Sed oppido fidem fallunt, viri caetera oculatis-
 simi, ipsaque *ARRIANI* (c) lectio, veteresque libri, non Bucephalam modo con-
 firmabunt, sed subjecta Arriano *GRONOVII* annotatio abunde quemlibet docebit,
 sancte eandem retinendam, & *ARISTOPHANEM* aliosque Graecos, ut de Latinis
 consilio taceam, temeritatis fuisse convictos, quod Thessala Doricaque nomina,
 a Macedonibus recepta, per Atticam terminationem turbaverint atque corrupe-
 rint. Imposuit procul dubio haec accuratior, Bucephalam efferendi, ratio illis, (d)
 qui lubrica hac foeminarum terminatione turpiter delusi, Bucephalam ejusdem
 generis sexusque fuisse propugnarunt. Caput autem totius rei, sola nominis con-
 stituit impositi ratio. Bucephalam enim id nominis accepisse a capite tauriformi
 eoque cornuto, vulgares contendunt, qui cum Noctium Atticarum Autore, Bu-
 cephalae hoc nomen faciunt proprium. Is enim (e) *Equum Alexandri regis &*
capite & nomine Bucephalum fuisse, adserit, adeoque cornua, quibus Tauri
 armati sunt, Bucephalae tribuit. *Sextus* autem *Pompeus Festus* addubitare videtur
 quid potius aut quomodo de Bucepalo, (sic enim scribit,) loquatur? cum eundem
 vocatum ita pronuntiet *propter QVANDAM bubuli capitis similitudinem*. (f) Sed
 quae quantaeve, malum! haec sunt ineptiae, viris indignae? *STRABO* (g) itaque una
 cum aliis, videntes, a cornuto eqvo, semper seffori ridiculo, esse metuendum,
 praesensque creari periculum, quaecunque tandem Bucephalae cornuum adfinxeris
 genera, (h) turpitudinem tauriformis eqvi, rejectis cornibus, *frontis latitudine*
 emollire studuerunt. Quae quidem sententia adeo se probavit eruditis, ut certatim
 obstetricantes manus eidem supposuerint omnes, capitis magnitudinem ex Graeco-
 rum particula (i) augendi β̄ a β̄ς, qui magnum animal, adaugentes & inculcan-
 tes. Adsentietur, qui noverit capitis monstruosam deformitatem, ab Alexandro
 Heroe inter pulchritudinis notas, vix fuisse repositam. *VIRGILIO* certe non Bubali,
 sed arguti; [k] *ISIDORO* [l] autem exigui & sicci capitis figura, quam *XENOPHON* [m]
 κεφαλήν ὀσώδη μικρὰν σιάγωνα ἔχουσαν interpretatur, ea demum est, quae regum
 amores allicere, eoque digna censi potest. Affinis huic opinioni ex parte illo-
 rum est sententia qui *PLINII* aetate Bucephalam ab aspectu torvo nomen sortitum existi-
 marunt.

marunt. In alia vero abeunt omnia illi, qui apud eundem Plinium (n) Bucephalæ nomen, eqvo Alexandri Magni hæsisse autumarunt *ab insigni capitis taurini, armo impressi*, quam Arrianus quoque suo ævo pervulgatam fuisse opinionem, candide profitetur. *Nota ei insignita erat bovis*, (verba refero Arriani in gratiam Typographi, ex Bonav. Vulcanii interpretatione, quæ toties Gronovio vapulat) *cujus etiam causa nomen ei Bucephalo inditum est.* Tantum vero abest, ut hanc Bucephalæ etymologiam, alter hic & reviviscens Xenophon probet, ut potius eadem fide & candore aliorum mox addat referatque traditiones, Bucephalam sic dictum fuisse perhibentium, quod in fronte, alba figura taurinum referente caput, fuerit notatus, quæ tanto fuisset insignior, quanto majori nigredine Bucephalas perfusus. Hanc vero sententiam priori Plinianæ derogare vides, taurinam formam, non coloris nativi, sed stigmatis & inustionis notam signumque adfirmanti. Utamque præterea sententiam in parte corporis, tauri figura notata, fallere deprehendes. Armum nominat Plinius, sed incerti illi, apud Arrianum, caput malunt, vel capitis potius frontem. Consentiunt autem uterque quod figuram capitis taurini, Bucephalæ nomen peperisse contendant. *HESYCHIUS* (o) autem & figuram & partem corporis intelligit aliam, hanc lumbos, illam herbæ, Bucranium dictæ, formam exprimens. En ejusdem verba: Βουκέφαλος, ἵππος ἐγκεχαράγμενος, ἔχων ταῖς ἰσχυαῖς βέκρανον, καὶ ὁ Ἀλεξάνδρος ἵππος, ἀφ' ἧ' πόλιν ἐν Ἰνδοῖς κίσαι λέγεσθαι βουκεφάλειαν. Dicit Milesius ille, Bucephalum, Alexandri M. eqvo, nomen manere proprium, impositique adeo nominis rationem, quam maxime venamur, tacitus prætermittit. Appellative autem, Bucephalum, denotare quemlibet equum in lumbis (non armo) inustum habentem Bucranium. Vanis itaque perfruuntur gaudiis, qui Piccartum (p) secuti, veram, Bucephalæ denominati rationem, à se in his Hesychanis repertam fuisse, sibi persuadent. Certe, si propriis nominibus v.g. Krügeris, appellativas tribues denominationes, mox habebis Zythopolas, Morpheoque & Proteo habebis ingeniosior. Sed nondum contradictionum satis. Quem *CURTIUS* (q) à Mardis captum esse tradit Bucephalam, eundem ab Uxiis exceptum fuisse ex Arriano confitetur *FREINSEMIUS*. (r) Quem in pugna cum Rege Poro pugnata extemplo deficientem procubuisse ait Curtius, eundem postea demum sub vulnerum curatione interiisse cum Plutarcho aliisque ingenue pronuntiat *CELLARIUS* l. c. Onesicritus autem, non vulneribus, sed senio confectum occubuisse, apud eundem Cellarium, refert, quo cum *ARRIANUS* facit fere, Bucephalum apud urbem Bucephaliam non ab aliquo vulneratum *ἀλλ' ὑπὸ καύματος ἢ καὶ ἡλικίας*, mortuum memorans: causam mortis non senio soli, sed ætui furenti & incalescenti adscribens. At quid tandem, inquires, de Bucephala certi statues? Rem ad collegium, per me, deferas Decemvirale, illorumque expectato decreta. Quod si vero res tanti tibi videbitur, Romam abito, duasque ibidem statuas marmoreas Alexandri M. Bucephalam domantis, quas a *Phidias* & *Praxitele* affabre efformatas, Alexandria Romam transtulit Constantinus Imperator, atque in medio thermarum, a se in Quirinali exstructarum, collocavit, coram intueri. Perquire Regum Principumque gazophylacia, nummosque, caput Bucephalæ justo majus exprimentes, Freinshemioque memoratos, oculis tuis acutis atque armatis subjice. Scias autem, hæc, uti cætera omnia, fabulam olere. Illustris enim *SPANHEMIUS*, cui tot Cimeliarchia patuere, cornutum eqvidem explicavit Alexandrum, (u) ejusque qui extant nummos, (x) sed de Bucephala tacet, cui ne inter fabulosa quidem animalia (y) locum reliquit, quin cordate *Nu-mismata*, quæ expeditionum ejus *Indicarum* (in his autem Bucephalas interiit) *meminerint*, se nondum reperisse fatetur. Nummos enim Magni hujus Alexandri cum adjuncto Taurini capitis (z) Symbolo, Insulani familiare signum fuisse, pulchre docet. Audi præterea, atque fide Gronovio asseveranti ita: *Certe, in nummis nec ista conspicua adeo & in scriptis jactata magnitudo capitis aut latitudo apparet; Sed neque nota qualiscunque impressa.* Et miror, non etiam *Cynophalis* hinc dici nomen apud Græcos datum esse. Malo nihil dicere. Quod si vero tecum cogitaveris, me ex titulis Serenissimor. & Præcellissimor. Ducum Meclenburgico-rum,

rum, *Dynastias Rostochiensem & Stargardiensem* hoc quidem gloriosissimo regnantis nostri Ducis Natali, curasse, facile conjicies, cur Bucephalæ meditatio mentem calamumque occupaverit meum. Ita autem huic meæ pietati, communiqve totius Patriæ gaudio operam dedimus, ut publici eorundem Interpretes, de salute *Serenisf. Ducis & Principis, Domini CAROLI LEOPOLDI, Ducis Regnantis Meclenburgici, Principis Vandalia, Sverini & Raceburgi, Comititis item Sverinensis, Terrarum Rostochii & Stargardiae Domini, Domini & Nutritoris mei quam clementissimi*, Deo, pia mente manuqve commendata, testes produci possint. Solennibus namqve Orationibus & publicis hunc Natalem celebrabant nobiscum humillime *FESTUM*, cras ante meridiem circa horam IX.

Juvenes in latam utriusque Reipubl. spem, multamqve utilitatem adolescentem

I. JOACH. FRIDER. GIESE, *Robelens. Meclenb. oration. germ.*
habiturus von der zerstörten Königlichem Residentz Resin.

II. MATTHÆUS JOHANN. HUSWEDEL, *Plaviens. orat.*
Latina conscribet *Historiam* seu Fata & valorem *vocabuli*
DOMINUS **HERZ.**

III. JOHANN DAVID WAGNER, *Gustroviens. carm. germ.*
canet: **der Lande Rostock Herr.**

a Meridie autem post horam III.

IV. SAMUEL CASPAR MUHT, *Malchimens. oratione*
græca exponet *Quid de Alexandri M. Bucephalæ sit statuendum?*

V. AMANDUS CHRISTIANUS DORNE, *Parchimens.*
carmine Latino profeqvetur *Dynastiam Stargardiensem.*


VI. SIGFRID CÆSO ÆMENGA, *Möllensis Meclenb.*
coronam operæ imponens, *carm. germ. canet.* **von Gottes Gnaden.**


Dabit is itaqve Vos & Sacræ & Civilis Reipubl. Antistites & quotquot præterea aræ foroqve studeatis, favetis eaqve ornatis, hoc meis præcibus, ut cum favore & benevolentia frequentes confluat is. Juvenumqve bene merendi studium præsent es comprobet is, dicendiqve officio gratiosè alacritatem addentes, Vestras nobiscum pro salute utriusqve Principis, Filia, totiusqve Domus Meclenburgicæ conjugatis preces supplices.


NOTÆ.


- (a) Et (b) in notis ad Curtii VI. §. 18. (c) *περὶ ἀναβάσ.* V. 19. F. m. 219, (d) ap. PHIL. CAROLI in animadvers. in Agellium p. m. 286. (e) Libr. V. 2. (f) in, de Verbor. Signiff. F. m. 261. (g) Geograph. XV. p. m. 434 edit. Latin. Indignatur GRONOVIVS græcum Strabonis: BUCEPHALAS, adeo temere cum Latino Bucephalo fuisse permutatum (h) recensita a Iano Philargyrio apud Gisb. CUPERUM in apotheosi Homeri p. m. 47. Qvædam etiam habent VIRGILII Interpretes ad Georg. III. 55. (i) vide prima SCALIGERIANA ap. TENTZELIUM I. mox citando. adde GRÆVIANAS in Hesiodi Theogon. versu 355. p. m. 122. notas. (k) Georg. III. 80. (l) origg. Libr. 12. f. m. 1114. (m) *περὶ ἰππικῆς* F. m. 596. His, tu adde, cæteros de Historia animalium, Re equestri, & Rustica scriptores. (n) Hist. Natur. VIII. 42. (o) vide notam, c. (p) in periculis Critic. MASIO in antiqvitt. Mecklenb, p. 76. aliisque, toties laudatis. Exhibet Piccarti locum BECMANNUS Origg. L. L. p. m. 297. (q) Libr. VIII. 14. 34. (r) ROSINO in Corp. Antiqvitt. Rom. Libr. I. cap. VI. p. m. 16. memoratas. (s) Augmenta hæc sunt Tenzelianorum. Plinius certe Hist. anim. Libris 34. & sqq. etsi studiose multa utriusqve artificis præclara opera recensuerit, hujus tamen Bucephalæ nullam facit mentionem (t) En loqvacitatem Tenzelianorum in Colloqviiis menstruis A. 1689. p. 706. Ich erinnere mich / daß nicht allein in Nummis, sondern auch in statuis, sonderlich denen beyden überaus schönen zu Rom, die Phidias uud Praxiteles die berühmten Bildhauer gemacht / des Alexandri Bucephalus, mit einem ziemlich grossen Kopff gesehen wird. Derowegen es auch so scheußlich aussiehet / daß man sich dafür fürchtet. Welches Plinius nicht ohne Ursach voran sehet. &c. &c. (u) de usu Numism. p. m. 346. sqq. Vicit enim diligentiam URSINI in Analectis sacris. I. 34. p. 50. L'EMPEREUR ad Jachiadem p. 145. Ut omittam Hottingerum, Schickardum, alios. (x) ap. Spanhem. p. 143. (v) p. 208. (z) ibidem p. 144.

☉(o)☉











ANN FRIDERICH TANGATZ,
Strelicensis, de *Bello sacro, minime Sacro.*

ANN JACOB ROMANUS,
regio seu *Expeditione Henrici nostri cruciata.*

CHRISTOPH. LAUR. KRAMBEHR,
de *fatis Optimi Principis, bis capti & totidem
liberati.*

ANN CHRIST. NEUCRANTZ,
offio Meclenbl. de *reditu Henrici Hierosolymitani
in Patriam.*

Immodum vero splendidissimâ Patrum de utra-
que meritisimorum coronâ, Oratorum dicendi
artem semper sublevatum fuit, ita etiam, ut reli-
giosorum diligentiam suaque commendandâ
literarum studia alatis, Vestrasque nobiscum
amicissimi Ducis, Conjugis & Filiaë, totiusque
Domus Meclenburgicæ vota conjungatis,
Optimum, opera atque contentione exoro, quam
facilius alacritatem spondens atque offerens.

Exhibens *Henrici Hierosolymitani
rapto, Ægypti Soldano, Mamme-
to, colloquium ex M. C. J. W.*

Übersetzung
Heils zu Puffendorff I. Einleitung der
nehmsten Staaten / von Africa
Et c. p. m. 695. seqq.

Dieser war von Geburt ein Teutscher / welcher / als er
von Mecklenburg nach einer sechs und zwanzigjäh-
rigen Exil zu sich bringen ließ / ihn fragte: Ob es nicht gut
wäre / er mit seinen Freunden in Teutschland das Fest der
Zeylandes seyren könnte? (denn die Jahreszeit
war nicht)

the scale towards document

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 A20 18 17 16 11
10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

Patch Reference numbers on UTT
Scan Reference Chart TE283 Serial No.